



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 107. Legatio Gallorum ad Regem Angliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** questum expugnasse edoctus, ipsus men-  
**A.C. 1489.** se Februario hujus anni Turoniam ver-  
 sus exercitum suum duxit; ea res vehe-  
 menter perculit Britones, eoquod Fran-  
 corum potentiae resistendo impares es-  
 sent; in his ergo angustiis deprehensi ul-  
 timam opem in Maximiliano quaerunt,  
 eum rogantes, ut nova expeditione ten-  
 tata, Gallorum copias distraheret; va-  
 luitque successus; Carolus enim Save-  
 sius inter Maximiliani Duces haud infi-  
 mus Audomaropolim occupat, Cordæo  
 interea Hannoniæ Comitem Flandris allo-  
 ciandi sollicitudine distento; Britones  
 quoque suas partes firmaturi foedus cum  
 Anglo pangere moluntur, quem Gallis  
 hostem maxime infestum fore noverant;  
 a nullo enim alio Britannia potentiora  
 sperare poterat auxilia.

### §. CVII.

#### *Legatio Gallorum ad Regem Angliae.*

Bacon. hist.  
Henric.

Hoc etiam foedus a Gallis in magni ter-  
 roris omen acceptum est; quo  
 circa Bellojoviensis Comitissa, quæ nu-  
 per Ducissa Borbonii salutata est, nul-  
 lum non movit lapidem, ut Henricum  
 VII. ad Gallorum partes pertraheret;  
 priusquam vero victoria adversus Brito-  
 nes Gallorum arma forte Anglo invidi-  
 am excitarent, ad eundem Legatos de-

cre-

crevit, quibus injunctum, ut gratula- Sæcul. XV.  
rentur Regi victoriam nuperrime par- A.C. 1489.  
tam, eumque veluti Amicum ac foedere  
junctum de Franciæ statu edocerent.  
Iisdem quoque datum est negotium, ut  
quantocius de rebus Britanniæ cum ipso  
conferrent. Igitur Lancastriam, ubi  
Henricus agebat, delati exponunt, Ma-  
ximilianum Principem esse pecuniæ in-  
opem, auxilio ac Subditorum fide desti-  
tutum, eumque a suis nec amatum, mi-  
nus vero æstimatum; hunc igitur suis  
foederatis magno duntaxat oneri fore.  
Postea addebant, Carolum equidem Bri-  
tanniam infestis arinis fuisse aggressum,  
at necessitate compulsum, eoquod Dux  
Regis adolescentia abusus, regiæ stirpis  
Principes ab ejus obsequio avertere at-  
tentasset. His expositis Henricum offi-  
cii memorem esse jubebant, enarran-  
tes validam opem, quam eidem Francia  
cum proprio sui ipsius dispendio tulisset.  
Tandem concludunt, dicentes, mini-  
mum obsequii genus, quod Carolus sibi  
ab Anglorum benevolentia polliceretur,  
in eo fore situm, ut saltem neutri parti  
adhærerent: Regem vero Christianissi-  
num, cum bellum in Britannia compo-  
nisset, ipsummet cum copiis suis in Ita-  
liam penetraturum, ut post matrimo-  
nium, cum Margarita Austriaca Ro-  
manorum Regis filia contractum, de-

Cc 3

mum

**Secul. XV.** mum jura, quæ sibi in Neapolis regnum  
 A.C. 1489. competenter, armis vindicaret. Hisce  
 Oratoribus speciatim in mandatis datum  
 est, quatenus utrumque articulum de  
 Regis connubio, ejusdemque in Italianam  
 expeditione nominatim exponerent, eo  
 consilio, ut Henrico suspicionem adime-  
 rent, perinde ac si Carolus Britannæ  
 Ducissæ nuptias expeteret.

## §. CVIII.

*Responsum Angliæ Regis ad Orato-  
res Gallos.*

**R**ex Angliæ, ne responsum præcipiti  
 consilio daret, rem Senatoribus suis  
**Bacon. ibid.** discutiendam proposuit, atque elapo-  
 aliquot dierum spacio Oratores ad allo-  
 quium admisit, inquiens: Maximas,  
 quas possum, Regi vestro grates repen-  
 do, quod ob prosperos armorum meo-  
 rum successus commune gaudium testari  
 voluerit. Ego pariter lætitiam meam  
 Gallis jungo propter victoriam de Roma-  
 norum Rege reportatam. Postea sermo-  
 nem convertens ad Britanniæ bellum sub-  
 junxit; non solum Regis vestri, sed eti-  
 am Britanniæ Ducis (hunc enim jam fa-  
 tis cessisse ignorabat) nunquam interitu-  
 ram foveo memoriam, eisque plusquam  
 ceteris omnibus me obstrictum profiteor,  
 proin grati animi legibus prohibitus, per-  
 mittere